In altera.

Crocodilus dextram uiam init. Suprà infraqȝ. AEGIPTO CAPTA. Nummum hunc aureum uidimus aliquando apud D. Abbatem D. Irenaei Lugduni.

In una parte.

6. Jul. Caes. effigiatur laureatus, laeuo obtutu, post eius ceruicem est stella, cum nominis breui encomio. DIVVS IVLIVS.

In altera.

Pegasus dextrorsum citissimè preteruolat. Sub huius utero est litera. Q. Nummum hunc aureum habet in thesauris suis D. Joannes Jacobus Fuccherus, Augustae Vindelicorum.

## Eius uxores. IIII.

COSSVTIA. I.

CORNELIA. II.

IVLIA, C. Julij Caesaris ex Cornelia filia. Cn. Pompeij Magni uxor.

POMPEIA. III. uxor.

CALPVRNIA.